B. N. C.ⁱ
FIRENZE
1047
2

1047. 2

ΟΡΦΕΩϹ
ΠΕΡΙ ϹΕΙϹΜΩΝ

ORPHEI
DE
TERRAE MOTIBVS

Catalecton:

è Bibliothecâ

LAVRENTIANO-MEDICÆA.

edidit,

C. C. F.

---

cIɔ Iɔc XCI.

BIBLIOTECA NAZIONALE 1872

ILLVSTRI VIRO
ANTONIO
MAGLIABECHIO
Magni Hetruriæ Ducis Bibliothecario.

ALiqva per literas ab Gazâ iſtâ Tete rogabamus: impetravimus. Et cum ſumma oblectatione in manûs veniſſe, gaudeo. Publicum exſcriptum è vetuſto illo MS$^{to.}$ hoc fecimus, ut major gratia à pluribus Tibi fieri ſic posſit. Sume, Hetruſce Mæcenás alter: ſume, qvod Tibi Germanorum fides, nec minor Induſtria aptè refundit: &, ſi Tu in XIV. primus ſedes, lege Othonis, plebi diremptus, ingenii luſum ſecurus ſpecta. Famæ plus ſatis erit, ſi hic Eqves nobis plaudit. Aegyptium Poëtam, qvem apud Vos iſtheic aſſervari ſcimus, ubi opus venerit, (& mox veniet) qvò ille noſter fiat, te qvæſumus operam Tuam ne deneges.

PRAESCRIPTIO
ad
LECTOREM.

QVæ ſuffecit ORPHEVM hunc, Florentia urbs eſt. Bona Fortuna adtulit. Exſtare, non putamus: ſi meliùs qvis ſcierit, nos doceat. fatemur; ipſi ignoramus. Poëtam antiqviſſimum illum certò credimus. Vetuſta qvædam inſunt; & ſapiunt Homeri Muſam. Sive Thrax ille fuerit, ſive Onomacritus; qvorum hic χρησμοὺς, Τελετὰς, περὶ λίθων γλυφῆς, ſive ὀγδοηκονταέτηρίδα: iſte, Τελασμοὺς, Ἱεροσολυμιτικὰ, Κλίσεις κοσμικαίνας, νεοπυλικὰ, & ἱεροὺς λόγους: ſive, Ciconæus vel Arcas, qvi Μυθοποιΐαν, Ἐπιγράμματα & ὕμνους compoſuerit; ſive Odryſius, ſive Crotoniates, qvi δεκαετηρίδα, Ἀργοναυτικὰ & alia qvædam ſcripſerit. ſive Camarinæus, cujus ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις, &c. Qvos Orpheos omnes recenſuiſſe, deqve iis diſſeruiſſe *Laurentius Craſſus*, Poëtis Græcis, qvíqve Græco ſermone uſi fuerint, Hiſtoriâ dicatâ, Actuariis Eruditorum Lipſienſibus, Claris viris, Prudentibus ac fide dignis, dicitur. Non novitium nimis eſſe, hoc evincit; qvod Divinatio illa diu eſt, cùm deſiit. & facit Anni ordinatio,

ab Aprili Menſe, qvæ ut minimùm, ultra Epocham Julii Cæſaris rejicit. Romana nomina addita, ſcimus à ſecutoribus plurimùm ad intelligentiam, tùm uſitatis titulis ac rubricis capita notata fuiſſe. Qvantum intelligere datum fuit, vertimus; ſed ad ſenſum. Aliter; ſi cognoſcere primùm qvis velit, ingratè ad aures accidant. qvod arduum reſtat, aut non ſatis liqvet, ſcilicet id juſtis curis ac operi reſervavimus, addenda Orpheo illi, ante annos edito. Eduardi Bernardi ſanè opus fuiſſet ſcientiâ, ad pellegendum; plurima enim per indocta ſigna, hallucinanter concepta, conſcripta viſuntur. Vnus adſtitit, unus profuit: ſed nominare vetat. cujus peritia, per plurima, ubi hæſimus, vada extulit in portum. Et qvia in longiſſimâ ſenectâ nondum ætas aut ſtudium juvandi langvet, perpetua heîc qvoqve, tenui in labore noſtro, cum gratia memoria ſtatuetur.

A. Gel-

A. Gellius, Lib. II. Cap. XXVIII.

QVanam eſſe cauſſa videatur, qvamobrem terræ tremores fiant, non modò his communibus hominum ſenſibus opinionibúsq; compertum non eſt, ſed ne inter Phyſicas qvidem philoſophias ſatis conſtitit, ventorum ne vi accidant ſpecus hiatúsq; terræ ſubeuntium, an aqvarum ſubter in terrarum cavis undantium fluctibus pulſibúsq;, ita uti videntur exiſtimaſſe antiqviſſimi Græcorum, qvi Neptunum ἐννοσίγαιον καὶ σεισίχθονα *appellaverunt, an cujus aliæ rei cauſſâ, alteriusve Dei vi ac Numine, nondum etiam, ſicut diximus, pro certo creditum. propterea Veteres Romani, qvum in omnibus aliis vitæ officiis, tum in conſtituendis religionibus; atq; in Diis immortalibus animadvertendis,* (Græcorum imitatione ac exemplo, qvorum rationes in Philoſophia ſeqvebantur;) *caſtiſſimi cautiſſimíq;, ubi terram moviſſe ſenſerant, nunciatúmve erat, ferias ejus rei cauſſâ edicto imperabant; ſed Dei nomen, ita uti ſolet, cui ſervari ferias oporteret, ſtatuere & edicere qvieſcebant; ne, alium pro alio nominando, falsâ religione populum alligarent. eas ferias ſi qvis polluiſſet, piaculóq; ob hanc rem opus eſſet, hoſtiam, SI. DEO. SI. DEAE immolabat. idq; ita ex*

decreto Pontificum obſervatum eſſe, M. Varro dicit: qvoniam & qvâ vi & per qvem Deorum Dearúmve terra tremeret, incertum eſſet. ſed de Lunæ motibus Solisq; defectibus; non minus in ejus rei cauſſâ reperiendâ ſe exercuerunt. qvippe M. Cato, Vir in cognoſcendis rebus multi ſtudii, incerta tamen & incurioſa ſuper eâ re opinatus eſt. Verba Catonis ex Originum qvarto hæc ſunt: Non libet ſcribere qvod in Tabulâ apud Pontificem Maximum eſt, qvotiens annona cara, qvotiens Lunæ aut Solis lumini caligo aut qvid obſtiterit. *usq; adeò parvi fecit rationes veras ſolis & lunæ deficientium vel ſcire vel dicere.*

OR-

ΟΡΦΕΩC
ΓΕΡΙ CΕΙCΜΩΝ.

Φράζεο δὴ καὶ τόνδε λόγον, φίλον τέκος, ὁππότε κέν δὴ
Γαῖαν κινήσει σεισίχθων κυανοχαίτης,
Ὅττι βροτοῖς ἐπὶ τ' ἀτυχίη κακότητος φράζει.

☉ ΚΡΙΩι.
Μὴν ΑΠΡΙΛΛΙΟΣ.

Ὁππότ' ἂν εἰαρινὴν ἐπ' ἰσημερινὴν ἀφίκηται
Ἠέλιος, κριὸν δὲ διεκτρέχει, ἔνθ' ἄρα τῶν γε
Γαῖαν νυκτερίη γαιήοχος * ἀμφισαλίζῃ *
Σῆμα τόδ' ἐστὶ πόληος ἀπόστασις οὐκ ἀλαπαδνή.
Εἰ δέ κεν ἡμερινὸς, φράζει τι λυγρὰ καὶ ἄτας
Πήματος ὁρμήσαντος ἐπ' ἀλλοδαποὺς ἀνθρώπους
Ἔσσεσθαι σφετέραις ἐπὶ τημοσιώαις τε ὕβρεις.

ORPHEI
DE TERRAE MOTIBVS.

HUnc qvoq; ſermonem percipe, dilecte Fli, ut ſi qvando
Tellurem moveat cœrule - jubatus Poſeidaon,
Mortalibus qvòd præter detrimentum ſævum omen
ediſſertet.

☉ in V.
APRILIS Anni.

Cùm qvidem Vernum ad Aeqvinoctium devenerit
Sol, Arietem emetiatur, inqve illo ſpacio
Continentem Noctu Terræ Strepitus * adoriatur *,
Oſtentum hoc ipſum erit, Vrbis fremitus haud expugnandus.
Qvod ſi Interdiu, Luctum ac noxas ſignat,
Omnis generis hominibus, Atâ invadente,
* Juxta damna, contumelias qvoqve fore.*

☉ TAY-

Θ ΤΑΥΡΩι,

Μηνὶ ΜΑΙΩι.

Εἰ δ' ἀνὰ Ταῦρον ἰόντος, ἐφορμήσῃ διὰ νύκτα
Σεισμὸς, πήματα μὲν τι καταφθινύθουσιν ὀπίσσω,
Εὐφροσύνη δ' ἀνὰ ἄστυ καὶ εἰρήνη τεθαλυῖα
Ἔσσεται· ἠμερινὸς δὲ φέρει πολέμου μέγα ἔργον,
Ἐρχομένου, τοῖς * ἠρέσσειν * ἀλλὰ φυλάσσου.

ΗΛΙΟΣ ΔΙΔΥΜΟΙΣ,

Μηνὶ ΙΟΥΝΙΩι.

Εἰ δέ κεν, ἐν Διδύμοις στρωφωμένου ἠελίοιο,
Νυκτερινὴ μῆνις ἐλελίζηται κατὰ γαῖαν,
* Ἡμέρην πολλὰ σωσὴν * ὑπάλγεα γαῖαν ἅπασαν.
Εἰ δέ κεν ἠμερινὸς, τότε κεν βασιλῆες ἄτιμοι
Ἔσσοντ', ἡγεμόνες τε Θεῶν διὰ μῆνιας ἐχθρῶν.

☉ in ♉.

Menſe MAJO.

Sub Tauro verò eunte Sole, qvandoqvidem de Nocte
Tremor contingat, certè Lugubria abhinc diſpereunt,
Lætitia cum Pace intra mœnia efflorefcet;
Diurnus ubi fuat, grande Belli onus adducit
Secuturi, * ſed tu focum fortiter propugna. *

☉ in ♊.

Menſe JUNIO.

Qvod ſi, Geminorum partibus Sole rotante,
Furor Nocturnus terræ ſolio perſtrepat,
Sub pœnâ omne vivum contremiſcet.
* Atqve Diurnus, Regum capitibus noxam ſtruit *,
Poteſtates item numinum, Hoſtium irâ, concident.

Θ ΚΑΡ-

Θ ΚΑΡΚΙΝΩι,

Μηνὶ ΙΟΥΛΙΩι.

Εἰ δ' ἀνὰ τὴν * ἠοῖ ῥέην * τε καρκίνου ἠελίοιο
Στείχοντος, τότε δὴ θεριναὶ τροπαί, ἔνυχος ἔσσῃ
Ἡ Κίνησις, τοῦτο φέρει κακότητα βαρεῖαν,
Ἀργαλέην πενίην * ἀλλαξάμενον. * ἡμερινὸς δὲ
Φράζει πῆμ' αὐτοῖς καὶ ἀπόστασιν ἀλεσίοικον.

Θ ΛΕΟΝΤΙ,

Μηνὶ ΑΥΓΟΥΣΤΩι.

Εἰ δέ κεν ἠελίοιο Λέοντος * μοῖρ' * ἰόντος
Νυκτερὸς ἐρμηθῇ γαίης σάλος, αὐτίκα πένθη,
Κλαυθμοί τε, στοναχαί τε πόλιν καὶ λαὸν ἅπαντα
Ἕξουσιν· ἡμερινὸς δὲ φανεὶς, καὶ ταῦτα πιφαύσκει.

☉ in ♋.

Menſe JULIO.

* Terga Cancri, * qvando autem Sol premit,
Limes ubi æſtivalis, & circa noctis meridiem
Motus ſurgat, malignum ſatis id fuerit,
* Sqvaloremq; inopi annonâ mutet. * & verò Dialis,
Noxam habitatoribus ac exitialem pugnam ultrò fatur.

☉ in ♌.

Menſe AUGUSTO.

Leonis juba, ardore Solis, quod ſi accendatur,
Noctu moveatur Mare ingens, luctûs repente,
Vociferationes, Gemitus, cum populo urbem totam
Occupabunt. Interdiu, non magis ſerenæ res ibunt.

)( )(　　Θ. ΠΑΡ-

Θ ΠΑΡΘΕΝΩι.

Μηνὶ ΣΕΠΤΕΜΒΡΙΩι.

Εἰ δέ κεν ἠελίοιο σὺν παρθένῳ ἐρχομένοιο
Ἑσπερινὸς σεισμὸς, λαοῖς τότε λοιμὸς ἅπασι
Ἔσσεται· ἡμερινὸς δὲ φανεὶς, καρπὸν καταβλάψει.

Θ ΖΥΓΩι,

Μηνὶ ΟΚΤΩΒΡΙΩι.

Εἰ δ' ἂν ἐπὶ φθινόπωρον ἰσημερινὴν ἀφίκηται
Ἥλιος, Χηλὰς διαφαίνων, νυκτερινὸς δὲ
Κινήσῃ, καρπῶν δηλοῖ φθορὰν, * ἐξαναφάντων.*
Γαίης. ὥραις δ' ἡμεριναῖς χαλεπὸν τόδε * φράζον,*
Ἔργα μάχης, πολλοὶ δ' * αὐτὸν * κατὰ γαῖαν * κλύψει.*

⊙ in ♍.

Menſe SEPTEMBRE.

Virginis aſtra verò clarore ſolis excitante,
Si ſerus Veſper concutiat, univerſam tum civitatem Peſti-
litas
Prehendet. Recluſa Dies, Arborum fructûs dabit corruptos.

⊙ in ♎.

Menſe OCTOBRE.

Qvod ſi verò Noctibus æqvatæ iterum à Sole Dies
Incidantur, Nepas jamjam prætergreſſo, atq; Noctu Terra
Moveat, ſementem repullulaſcentem proturbabit;
Horis Diurnis, inauſpicata prænotat,
Fragorem Belli,* atqve Terram mento multi tangent.*

Θ ΣΚΟ-

☉ ΣΚΟΡΠΙΩι,

Μηνὶ ΝΟΕΜΒΡΙΩι.

Εἰ δέ κεν ἠελίου τὸν σκορπίον ἀμφιθέοντος,
Νύκτερος ὁρμήθῃ γαίης σεῖλος, ἔργα μάταια
Ἀνδράσιν ἔσονται κακοφραδμοσύνῃσι νόοιο.
Ἡμερινὸς ἢ φανεὶς, τότε δὴ τότε ἄλγια φράζει,
Ἔσσεσθαι πλέεσσιν ἀπὸ πολέμου κρυερεῖο.

☉ ΤΟΞΟΤΗι.

ΔΕΚΕΜΒΡΙΟΣ.

Εἰ δέ κεν ἐν μοίρῃ τοῦ τόξου ἠελίοιο
Στρωφῶντος, γαῖαν κινήσει κυανοχαίτης
Νυκτερινὸς, σημεῖον ὀλέθριον ἔμμεναι ἀνδρῶν
Πολλῶν. Ἡμερινὸς ἢ φανεὶς, πλέων * βασιλεῦσι, *
Συμαίνει μεγάλην τιμὴν καὶ σκῆπτρα λιπόντα
* Ἄλλην * ἐποίχεσθαι, φεύγοντα ἀπὸ πατρίδος αἴης.

☉ in ♏.

Menſe NOVEMBRE.

Scorpii autem malum virus Sole excoqvente,
Noctu mare ingens ſi tremat, fruſtrà Hominibus
Qvæqve opera erunt, imprudentiâ Ipſorum.
Interdiu vadente motu, Calamitates accidere,
Infando à bello, integris Urbibus.

☉ in ♐.

DECEMBER.

Sagittator autem qvando Titani, artubus
Concedit, cœrule-jubatus Terram horrore influit
A Nocte, mortiferum hoc eſſe ſignum Viris
Bene multis. A Die, urbium Magiſtratibus
Honore ac Sceptris ipſos exutos, ſignat,
Alio ſub ſole terras calentes, patriâ relictâ, qværituros.

Θ ΑΙΓΟΚΕΡΩΤΙ,

Μηνὶ ΙΑΝΟΥΑΡΙΩι.

Εἰ δέ κεν Αἰγοκέρωτι, ὅθι περ τροπαὶ, ἠελίοιο
Χειμερινοῦ στείχοντος ἕδος χθονὸς, ἔννυχος ἔλθῃ
Σεισίχθων, γαίην κινήσῃ πνεύμασι λάβρῳ,
Φράζεο δὴ πόλεμον, * δακρυτόν τε * γένεσθαι
Καὶ στάσιν. ἠμερινὸς δὲ φανεὶς, καρποφθόρος ἔσται.

Θ ΥΔΡΟΧΟΩι,

Μηνὶ ΦΕΒΡΟΥΑΡΙΩι.

Ὑδροχόῳ δ᾽ εὖτ᾽ ἂν διαφαύσεται ἠελίοιο
Φέγγος, νυκτερινὴ δ᾽ ἐλελίχθη γαῖα σεισίχθων,
Ἁρπαγαὶ ὠλεσίοικοι ἀνὰ πόλιν εὐρυάγυιαν
Ἔσσονται, δήμου τε κακοφροσύναι τε καὶ ὕβρεις.
Εἰ δέ κεν ἠμερινὴ, δήμου κράτος ἔμπεδον ἔσται.

☉ in ♑.

Menſe JANUARIO.

De Capricorno, ubi flexura ejus corrigitur, Brumali
Sole, Infimam luſtrante metam, ſi concuſſa Noctu reſtitet
A Mare Tellus, Ventiq; Orbem ſæviter difflarint,
Bellum, grave bellum tum exoriturum,
Cum privatis motibus. Interdiu, Arborum fructus enicabit.

☉ in ♒.

Menſe FEBRUARIO.

Aqvarium ſi ſplendore Phœbus idem ambiat,
Ac vicina aliunde Terra Noctu perfurit,
Vaſtationes, & rapinæ Urbem exhaurient
Qvamvis locupletem, Plebiqve inconſultæ variè ſors illudet.
Interdiu, magnis virtutibus auctum illius erit robur.

☉ IX-

Θ. ΙΧΘΥΣΙ.

Μηνὶ ΜΑΡΤΙΩι.

Εἰ δ' ἀνὰ τῶν ἰχθύων στρωφωμένου ἠελίοιο
Γῆς ἔνοσις περιγένοιτο θοὴ διὰ νύκτα,
Πάσαις μὲν πολίεσσιν διάστασις· εἰ δέ κεν ἠῶ
Γαίης κινηθῇ πέδον ἱερὸν, αὐτίκα πάσαις
Εὐφόρβοισι βοῶν ἀγέλαις, οἴεσσι καὶ ἄλλων
Τετραπόδων φθορὰ ἔσσεται ἀν' ἄστεα καὶ κατὰ χώρας.

☉ in ♓.

Menſe MARTIO.

Qvod ſi demum Piſcibus à Sole deguſtatis,
Concubiâ noctu Celer Motus ſe attollat,
Eqvidem cunctas Societates rixa dividet. Procedente verò
Die
Sacrata Veſta qvatiatur, tum læti vituli
Oviúmq; greges, omnéq; Genus animantum
Stabulis & in Herbis dulcem vitam animámq; ponent.

L. Greg.

L. Greg. Gyraldus de Poëtarum Hiſtoria
Dialog. II.

QVæ cùm fuiſſent dicta, ad me converſus Piſo, & cuinam Orpheo, ait; Poëma qvod eſt de Terræ Motibus inſcriptum, attribuis? nam Orphei qvidem titulo & legi & circumferri video, & ejus phraſis vetuſta admodum videtur: nec tu tamen commemoraſti. Nimis, inqvam, urges me Piſo: qvid me iſta cenſere jubes; numqvid ego Crates aut Ariſtarchus, vel Ariſtarchi ipſius magiſter Ariſtophanes? Græcos iſta roga. Sunt tamen qvi illud ipſum de Terræ Motibus Poëma, non Orpheo, ſed Hermeti Triſmegiſto potiùs adſcribant. qvos inter Zenobius noſter Acciajolus; qvi & illud, ut ipſe mihi dixit, latinè vertit: & ego utrumq; aliqvando legi.

[Ab ævo, ſqvalorem qvis arcebit? Situs, cuncta occupat: rariùs agrorum limites excreſcunt. Inſcitiorum (quibus haud infreqventer Sacra concredita ſcimus,) peſſima Turba, non herclè qvidqvam plùs emaculatum dabit. Verſu 1. 3. 10. 18. aliisq; putidiſſima ignaviæ commiſſa habentur: ſed quia permulti Sanctimoniam tantùm non in eo conſtituunt, ne qvid de Textu, pravum utut iſte ſonet, immutetur; ideò nos magnum opus id jactare noluimus: qvo nihil magis proclive fuiſſe, in melius corrigere, cultiori alii curâ ac operâ, ſi navi Lectores erunt, teſtabuntur.]

Digitized by Google